

Doch, mein Wünschen ist umsonst! Deine Glocke hat geschlagen,
Zeit und Schluß hat schon den Sand an sein End und Ziel getragen,
Niemand kan den Spruch verhindern, wenn des Höchsten Stim-
me rufft,

Geh' mein Knecht auf kurze Zeiten, in die Dir bestimmte Grufft.
Wir begleiten Dich mit Schmerz, und mit ängstlichem Entsetzen,
Wir bemühn uns Sarg und Grufft noch mit Thränen zu beneßen,
Ja mit Thränen, die dein Wohlthun aus den trüben Augen
preßt,

Die uns deine Vater-Liebe als ein bittres Denckmahl läßt.
Ruh' demnach, Du Theurer Greiß, ruh von dem gehäuften
Jammer,

Izt wird nicht dein Lager mehr eine düstre Folter-Kammer.
Izo seyrst Du Dein Lætare, wo das höchste Glücke lacht,
Izt empfängst Du frische Palmen, die Dir Sieg und Tod
gebracht.

Gehst darum, betrübt Schaar, izt mit mir von Seiner Baare,
Seht, izt schmückt Ihm seinen Schlaf, und die Silber-grauen
Haare

Schon der Auserwehlten Krone. Izo trägt Er seinen Lohn
Vor den Schweiß in Gottes Weinberg, als ein treuer Knecht
davon.

Tröstet Euch nun schon zulezt noch mit Seinem Vater-Seegen,
Den wird Gott auf Euch, auf mich, und auf Eure Kinder legen,
Der wird Vater-Statt vertreten, wenn wir schwach um Hülffe
schreyn,

Und wenn alle Väter sterben, unser bester Vater seyn.



*
**

*
**

*
**

Dum TIBI longinquum Patriaqve Scholisqve
relictis

Proposita Jenam luce paratur iter. *

Hæc TIBI Meisnerus, **GROSSI** svavissime,
mittit,

Ut solet imparibus verba ligata modis.
Hoc agit, ut votis aliqua comitetur euntem,
Adventum Votis excipiatqve Tuum.



* 1730. d. 6. Septemb.

JENÆ

exhi-
e pro-
itum,
mus;
nten-
avini
enio,
nobis
mul-
li in-

red-
icus,

tenid.

o de
erte
atio-
um;
.6.)
um,
i de
istia-
tus,
gini-
co-

lone
oster
MA-
loco
ene
nve-
itia-
uta-
rre
plici
ho-

lau-
indi,
pro
stra

ihil



* * *
Am Sol Astrææ permensus Sidera cursu,
Alterutram Veneris coepit adire Domum;
Libræ Nomen habet, faciunt hanc Brachia Cancri,
Brachia, quæ longo tramite flexa vides.
Nominibus forsan Stimulus TIBI subditur ingens,
Vt properes Themidos dulcia Castra sequi.
Quid? non TE Patrii possunt retinere Penates?
Nec TIBI iam Matris Pectora pungit Amor?
Nec TE tot Socii, nec TE morantur Amici?
Nec subeunt vitæ commoda tanta tuæ?
Denique nec tantæ est Patria bene vivere terra,
Vt placeat nondum cognita terra TIBI?
Vt parvi facias, tantos superare labores?
Nec metuas longæ tædia ferre viæ?
Fallimur? an rides, atque imperterritus adstas,
Vtque Noti rapiant carmina vana iubes.
Scilicet alta petis, nec sunt TIBI pristina Curæ,
Quæ TIBI cum multa laude peracta vides.
KRANZIVS e multis, veri castissimus Auctor,
Ingenii poterit dona probare Tui.
Et probat & meritum non inficiatur honorem,
Et Spes & summus maxima spondet Amor.

Qvin neque Gymnasium faciles TIBI denegat aures,
Nec minimi partes æstimat esse tuas.
Quidque opus est multis? quum TV, quæ maxima laus est,
In TE virtutis conscia signa geras.
Jure igitur graviora paras, & protinus istuc,
Qua via Fortunæ proxima ducit, abis.
Jam vasa lecta tenes, iam mens TIBI surgit & ardet,
Jam quævis solito longior hora TIBI est.
Est locus, excelsi quem cingunt undique montes,
Abditus in mediis vallibus ipse iacet:
Circum Sala fluit, fecundaque dividit arva,
Lætæque inexhausto flumine prata rigat:
Hic est ingenuis florens Academia Musis,
Salanæ semper nomine dicta fuit,
Hic Studiis sedes, hic sunt amplissima Regna,
Quæ dudum certus rumor ad Astra tulit:
Seu TIBI spectantur doctorum crebra Virorum
Agmina, seu Juvenum sedula turba subit,
Qualia per virides volitant examina Campos,
Et sua non tenui mella labore legunt.
Talem se studio, talem fervore Juventus
Præbet, & ex libris dulcia mella legit.
Huc celerate gradum, quibus est sua Gloria curæ,
Qui cupitis laudes, huc celerate Gradum.
Hic Spem dissimilis non decipit exitus; apto
Omnia proposito convenienter eunt.
O TE felicem nimium, CARISSIME FRATER,
Dum TIBI, propitio Numine, Jena placet,
Dum TIBI, tam pulcre Mater, lectissima Mater,
Consuluit, cymbæ portus & aura tuæ.
I felix, avibusque bonis succede labori,
Nec pigeat longam sustinuisse viam.
Jam calet hoc pectus, liquidusque in pectore sanguis,
Jam nimium tardos conqveror ire Dies.

Sæpe, ubi fidereum componit Vesper Olympum,
 Egrediens portis tonsa per arva feror.
 Mox gemitum ducens: Cur me mea fata morantur?
 Ille meus, dico, cur mihi lentus abest?
 Cur mihi lentus abest? Cur sic mea vota retardat?
 An genus, & generis talia ferret amor?
 Nec mora, prospectu vicinos metior Agros,
 Anxiaque in varias lumina flecto vias:
 Quid cupiam dubito, (siquidem statuta Tempora novi)
 Multa tamen demens in mea vota traho.
 Si quis ad hæc rapidum vertit confinia currum;
 Auguror, adventus hæc fore signa tui.
 Quando erit, ut Dextram liceat conjungere Dextræ,
 Vt videam collo Brachia nexa tuo.
 Vt TIBI multa simul, simul Oscula dulcia figam,
 Quæque Animum possint significare meum,
 Tunc mihi narrabis, quas sis delatus in oras,
 Qui status externi conditioque soli.
 Quid valeant urbes, quæ sint commercia Civi,
 Qui fuerint mores, quæ monumenta loci.
 Ante tamen mentem patriam revocabis ad Urbem,
 Totque memor dices cara relicta TIBI.
 Quanta salus Matris, quæ sit fortuna sobrinis,
 Quæ reliquis, si quos iunxit amica fides.
 Hisce sub Adventum falles mihi Tempora dictis;
 Ingenio redeat pristinus ille vigor.
 Ipse lubens & lætus ad hæc TIBI multa reponam,
 Quæ fuerint nostris hic quoque gesta locis.
 Cætera sed coram; TV nunc, DULCISSE FRATER,
 Quæ peragenda TIBI, quæque peracta vide.



Als
 Der Gelehrte Herr
 Ferdinand Gottlieb
 Grosse /

Nach rühmlich-vollbrachten Studiis Gymnasticis
 Sich

Anno 1730. den 6. Septemb.

Nach einer vorher gehaltenen
 ORATIONE SOLEMNI VALEDICTORIA
 Von dem Gymnasio zu St. Elisabeth
 Auf die Weltberühmte Universität

I S S N

begab,

Begleitete J H N

Mit nachfolgenden Zeilen

Ein
 Desselben

Vertrauter Freund und Diener

Christian Gottlieb Habicht,

Gymn. Elisabeth. Alumn.

Breslau in der Baumannischen Erben Buchdr. druckts Joh. Theoph. Straubel, Factor.

exhi-
pro-
itum,
mus;
nten-
avini
enio,
nobis
mul-
li in-

red-
licus,

enid.

de
erte
atio-
um;
(6.)
um,
de-
sta-
tus,
gini-
co-

one
ster
MA-
oco
ene
ive-
itia-
uta-
rre
olici
ho-

lau-
ndi,
pro
stra

ihil